

Italien

ITAL 1

1202 Jänner 27, San Quirino bei Cormons / Jänner 28, Udine / Februar 5, Görz Patriarch Pilgrim II. von Aquileia und die Brüder Graf Meinhard [II.] und Graf Engelbert [III.] von Görz schließen Frieden. Die Grafen erhalten vom Patriarchen die Burg Görz ohne und die Burg Moosburg (nw. Klagenfurt) mit den dazugehörigen Ministerialen zu Lehen, mit männlicher und weiblicher Erbfolge und verpflichten sich zu einem Feldzug gegen die Trevisaner. Im Falle eines Friedensbruchs seitens der Grafen soll dies dem Herzog von Steier sowie dem Herzog von Meranien und dem Herzog von Kärnten angezeigt werden, und diese sollen den Friedensbrecher ermahnen. Die Handlung erfolgt u. a. in Gegenwart der Herzöge L(eopold) [VI.] von Österreich und Steier, B(erthold) [IV.] von Meranien und Bernhard von Kärnten.

Hss.: Gleichzeitige Abschrift oder Konzept in Cividale, Museo Archeologico Nazionale, Archivio ex capitulare, Pergamene vol. III, S. 4 Nr. 3 (B), endet vor Datierung. — Notarielle Abschrift Ende 15. Jh. in Venedig, Archivio di Stato, Consultori in iure, busta 366/5, fol. 4v–5v (C). — Abschrift Ende 15. Jh. in Venedig, Archivio di Stato, Consultori in iure, busta 366/2, fol. 28r–v (D), unvollständig.

Edd.: De Rubeis, MEA (1748), Sp. 644–646 (aus C). — Kandler, CDI II (1986), S. 355–356 Nr. 191, zu 1202 Jänner 31, Cormons. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 1–3 Nr. 1524 (aus B C D), zu 1202 Jänner 27, Cormons.

Reg.: Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 86 Nr. 25, mit S. 248 Anm. 324, zu 1202 Jänner 27, Cormons. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 115–116 Nr. 611, zu 1202 Jänner 27. — Manzano, Annali del Friuli II (1858), S. 200–201, zu 1202 Jänner 27. — Bianchi, Documenta (AKÖGQ 21, 1859), S. 176 Nr. 3, zu 1202 Jänner 27, Cormons. — Oefele, Grafen von Andechs (1877), S. 172 Nr. 435, zu 1202 Februar 5, Görz. — Schumi, UB Krain II (1887), S. 4–5 Nr. 6, zu 1202 Jänner 31(!), Cormons. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,4 (1894), S. 1584 Nr. 10648. — Kos, Gradivo V (1928), S. 9–11 Nr. 13, zu 1202 Jänner 27, Cormons. — Puschnig, Urkundenwesen (1933), S. 13 Nr. 79, zu 1202 Jänner 27, Cormons. — Wiesflecker, Reg. Görz I (1949), S. 86–87 Nr. 317, zu 1202 Jänner 27/31, Cormons. — Huter, TUB I/2 (1949), S. 14 Nr. 540 (Auszug). — Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 25–26 Nr. 977 (Auszug).

Lit.: Ladurner, Albert III. (ZF 3 H. 14, 1869), S. 15, zu 1202 Jänner 27. — Aelschker, Geschichte Kärntens I (1885), S. 285, zu 1202 Jänner 29(!), Cormons. — Paschini, Patriarchi sec. XII (MSF 10, 1914), S. 290–291. — Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 330–331. — Schmidinger, Patriarch (1954), S. 79, zu 1202 Jänner 27, Cormons. — Sgubin, Avvocazia (StG 33, 1963), S. 112–113. — Riedmann, Beziehungen (1977), S. 17. — Štih, Goriški grofje (ZČ 41/1, 1987), S. 43, 44. — Hausmann, Carinziani (1984), S. 570. — Kos, Bela Krajina (ZČ 41/2, 1987), S. 220–221. — Šumrada,

Kandlerjev „Codice“ (ZČ 46/2, 1992), S. 249 Anm. 6. — Štih, Goriški grofje (ZČ 48/4, 1994), S. 512. — Kos, Burg (2006), S. 314 (Anm. 64).

Das Stück wurde aufgenommen, da der Herzog von Steier als solcher (allgemein) angeführt ist.

Zu den Auseinandersetzungen, die zu diesem Friedensschluss führten, siehe Jaksch, Geschichte Kärntens I, S. 330–331.

Ediert – soweit verfügbar – nach B, danach (ab der ersten Datierung) nach C D. Für fehlende und nicht lesbare Stellen in B auch C (vertreten durch Abschrift Friedrich Hausmanns) und D.

[In nomine sancte]^{a)} et individue trinitatis, amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter discordia, que inter [dominum patriarcham]^{a)} Pelegrinum secundum et comitem Meinardum et fratrem eius comitem Engilpertum de Goricia deo auxiliante de [utriusque partis consens]u^{a)} terminata est et pax inter eos firmata. Comites siquidem de Goricia debent habere castrum de Goricia [cum omni proprietate, servis]^{a)} et ancillis et omni iure ad ipsum pertinente ministerialibus exceptis, et castrum de Mosburch cum omni iure [et proprietate, servis et a]ncillis^{a)}, ab ecclesia Aquileg(ensi) in feudum ita, quod tam masculi quam femine in idem feudum equaliter succedant. Et [si ipsi aut eorum her]edes^{a)} aliquo tempore sine herede decederent, predictum castrum de Goricia cum omni iure et proprietate hominum et [possessionum excep]tis^{a)} ministerialibus et castrum de Mosburch cum ministerialibus et omni familia ac proprietate pertinente ad ipsum [libere et interge]^{a)} ad Aquileg(ensem) devolvi debent ecclesiam. Insuper omnem tenutam, quam pater eorum tempore domini Wolrici patriarche in ulti[mis vite ipsius diebus]^{b)} usque ad patriarcham Gotfridum habuit, sive iuste sive iniuste habuerit, ipsi habere debent. Et si patriarcha diceret, quod [.]^{c)} ierent et sibi usurparent, quicquid ipsi in curia patriarche de iudicio curie ipsius per idoneus vasallos et ministeriales [.]^{c)} suum de eodem iure esse probare potuerint, habere debent, alioquin debent id, unde questio fuerit, dimittere. Si autem comi[tes]^{c)}, quod patriarcha aliquid de eorum iusticia detineat, et ipsum plane et amicabiliter in caminata sua familiarent aut [. su]fficienter^{c)} monstrare poterunt ita esse, ut dixerunt, nulla sine contentione dimittere debet, alioquin iudicio curie [.]^{c)} amicabiliter et benigne et non studiose finiri debet. Item comites presentem expeditionem Taruisinorum bona fide [. non im]pedire^{d)} debent et, si non possunt facere vel vitare, quando cum eis equitent cum triginta tantum vel quadraginta militibus ad plus [ien]^{e)} [.]^{c)} debent nec studiose patriarcham aut suos offendere, nec extra expeditionem a domibus aut hominibus eorum in tota [.]^{c)} extra hinc inde debet esse offensio, sed firma pax utrimque debet haberi. Et si interim in obsidione vel expeditione ipsa [aliquis hominum o]ccideretur^{e)} vel lederetur, per hoc pax non erit violata. Finita vero expeditione ista vel si destiterit, comites a Tar(uisinis) recedere debent [in cont]inenti^{a)} secundum consilium patriarche et eius misericordiam et quamcumque securitatem a patriarcha exegerint, quod non faciet aliquo tempore confederationem aut [soci]etatem^{a)} cum Tar(uisinis) contra eos, ipse eis prestabit eandem et comites ei prestabunt eandem cautionem, quod contra eum numquam cum Tar(uisinis) confe[dera]tionem^{a)} facient aut societatem. Est autem hec pax facta non tantum pro domino patriarcha, sed et pro comite Alberto, pro comite Heinrico et pro omnibus [ips]ius^{a)} patriarche adiutoribus et pro comitibus

de Goricia et omnibus adiutoribus eorum vasallis hinc inde quocumque modo a iure feudi decide[rint]^{a)}, in feudo prius habito et feudi iure libere et quiete permanentibus salvo, quod dissensio, que est inter comitem Engilpertum et comitem [Albert]um^{a)}, per patriarcham, ducem Meranie et ducem Karinthie amicabiliter finiri debet. Sane ad maiorem huius pacis firmitatem [dictus patriarch]ha^{a)} fide prestitata, dominus Wariendus de Hohenekke, dominus Dietricus de Fonte Bona, dominus Henricus de Glemona, dominus Herbordus de [Perthestain]^{a)}, dominus Rubertus de Dricano, dominus Walterpertoldus, dominus Duringus de Mels et dominus Wernerus de Chugania pro patriarcha et ipsius [mandato]^{a)}, comes Engilpertus, dominus Folcherus de Dorenberc, dominus Henricus frater eius, dominus Pelegrinus Glogil, dominus Conradus de Floiana, dominus Rei[mboto de Ce]rrou^{a)} pro comite E(ngilperto) et ipsius mandato pacem memoratam iuramento firmarunt. Insuper dominus B(ertoldus) dux Meranie et [comes W(olricus)]^{c)} de Epan et comes Al(bertus) de Tirol eandem pacem pro comite Meinardo iuramento firmarunt ita, quod, si ipse comes [pac]em nollet servare memoratam, dux Meranie filium suum patriarche mittet et comes W(olricus) de Epan et comes A(lbertus) [de Tirol]^{c)} ad patriarcham venire debent ab eo die, quo a patriarcha sine dolo requisiti fuerint, usque ad VI septimanas, nec [sine]^{c)} ipsius gratia et licencia recedent. Statutum est etiam, ut, si comites aliqua eorum, que supradicta sunt, infringere molirentur [et a patriarcha comm]oniti^{a)} non desisterent, patriarcha id duci Styrie, duci Meranie et duci Karinthie notificare debet et, si ab eis [commoniti desi]stere^{a)} nollent, tunc patriarcha non obstante pace, que facta est, iure suo, prout melius poterit, utetur^{f)}. Acta sunt ista anno domini M CC II, indictione^{g)}, mense ianuar. V^{h)} die exeunte, apud ecclesiam sancti Quirini iuxta Cormon . . .ⁱ⁾, sicut supra dictum est, ex parte comitum iuramento firmata.

Et proxima sequenti die ex parte patriarche eadem sunt apud Vtinum acta et, ut dictum est, iuramentis firmata.

Deinde sunt eadem^{j)} apud Goriciam, quinto die intrante februario, de utriusque partis consensu et voluntate stabilita et scriptis autenticis cum patriarche, ducis Moraue^{k)} B(ertoldi) et ipsorum comitum de Goricia sigillis feliciter roborata. Hec autem omnia facta sunt verbo et auctoritate domini L(iupoldi) ducis Austrie Stirieque, duce B(ertoldo) Moraue^{k)}, duce Karinthie Pernardo^{l)}, comite W(odalrico) de Epan et comite Alberto de Tirol et comite Al(berto) [de]^{m)} Vihselberch presentibus et suam auctoritatem prestatibus. Testes huius rei sunt duces et comites prenominati excepto duce Austrie Stirieque et omnes, qui supra nominati sunt, hanc pacem iuramento firmasse et insuper Viberdus de Balesberg, Gotefridusⁿ⁾ de Teuefert,ⁱ⁾ de Liliemberch, Gerlochus de Steym^{o)}, Friderich [de]^{m)} Glismentz, Vgo de Tunerz, Raimbertus de Murceh^{p)}, de Domo, Bernard^{q)}, Folcherus^{r)} iuuenis de Doremberech, Vosenlech^{s)}, Vernardus, Peregrinus, Otto^{t)}, Fridericus, Daniel, Mainardus^{u)} de Coprir, Arnoldus, Iacobus de Eremberch, Pero de Vipach, dominus Otto et dominus Heinrichus^{v)} filii ducis Moraue^{k)} et alii plures.

Ego Stephanus domini patriarche Pelegrini capellanus de partium mandato hanc cartam et aliam, quarum unam patriarcha, aliam comites habere debent, scripsi et sigillis patriarche, ducis Moraue^{k)} et comitum de Goricia roboravi et dedi.

^{a)} Verloren B; ergänzt nach C D. – ^{b)} Verloren B; vite ipsius diebus usque C; vite ipsius usque D. – ^{c)} Verloren B; fehlt C D. – ^{d)} Letzter Schafft des m erhalten B (Jaksch ergänzt expedire). – ^{e)} Unkenntlich B; fehlt C D; Jaksch liest ien. – ^{f)} Fehlt B D; ergänzt nach C. – ^{g)} Hier endet B. – ^{h)} Ohne Indiktionsangabe C D. – ⁱ⁾ V^o D. – ^{j)} C; keine Andeutung einer Textlücke D. – ^{k)} tandem D. – ^{l)} Moraue C D statt Meranie. – ^{m)} P. Karinthie D. – ⁿ⁾ de

fehlt C D. – ⁿ⁾ Gotheфриdus D. – ^{o)} Gerlocus de Stein D. – ^{p)} Murcech D. – ^{q)} Statt de Domo, Bernard Spatium D. – ^{r)} Forcherus D. – ^{s)} Vosenleh D. – ^{t)} Osso D. – ^{u)} Maynardus D. – ^{v)} Henricus D.

ITAL 2

1202 Februar 6, Udine
Herzog Berthold [IV.] von Meranien verpfändet mit Zustimmung seiner Söhne Otto und Heinrich dem Patriarchen Pilgrim [II.] von Aquileia für ein innerhalb von zwei Jahren rückzahlbares Darlehen von 1000 Mark Friesacher zwei Burgen zu Stein sowie sein übriges Eigen in Krain und bei Wippach. Er verpflichtet sich überdies zur Hilfeleistung gegen Treviso. Da der Anspruch des Herzogs auf einem Teil der verpfändeten Burgen strittig ist, soll ein allfälliger Abgang zu (Windisch-)Graz abgegolten werden.

Hss.: Original in Cividale, Museo Archeologico Nazionale, Archivio ex capitolare, Pergamene vol. III, S. 4 Nr. 4 (A).

Edd.: Schumi, UB Krain II (1887), S. 5–6 Nr. 7 (aus A).

Reg.: Bianchi, Documenta (AKÖGQ 21, 1859), S. 197 Nr. 70, zu 1222 Februar. — Oefele, Grafen von Andechs (1877), S. 172–173 Nr. 436. — Kos, Gradivo V (1928), S. 11–12 Nr. 15.

Lit.: Levec, Landhandfesten (MIÖG 19, 1898), S. 247–248. — Paschini, Patriarchi sec. XII (MSF 10, 1914), S. 291–292. — Kos, Oglejski patriarhi (ČZN 13, 1917), S. 30 Anm. 3. — Koropec, Slovenj Gradec (ČZN NV 14/1, 1978), S. 18. — Kos, Bela Krajina (ZČ 41/2, 1987), S. 221. — Bernhard, Münzumlauf (1996), S. 396, 398–399. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 242.

Ediert nach A.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Pelegrinus Aquilegensis patriarcha mutuo concessit mille marcas Frisacensium domino Pertoldo illustri duci Maranie, quas ipse dux se accepisse confessus est, eo pacto et tenore, quod quingentas ex his a proximo festo pentecostes venturo usque ad annum, id est usque ad alium pentecostes, et reliquas quingentas ex tunc usque ad annum, eidem patriarche vel Aquilegensi ecclesie persolvat. Ad maiorem vero huius pecunie solucionis firmitatem memoratus dux duo castella de Staine cum omni proprietate, servis et ancillis, et omni iure ac pertinentiis, exceptis ministerialibus, et insuper quicquid proprietatis et alodii habet in Carniola et apud Wipach memorato patriarche Pelegrino, et per eum Aquilegensi ecclesie nomine pignoris obligavit, et fide prestita in manu ipsius patriarche firmavit, quod nullo titulo predicta castella et possessiones^{a)} obligaverat vel alienaverat^{b)} quo minus ei obligare vel donare posset. Deinde pignus predictum cum omni iure et proprietate una cum duobus filiis suis domino Otone et domino Henrico in manu salemanni posuit, scilicet domini Wariendi de Onec, ita quod si prefata pecunia in predictis terminis non solverit, idem dominus Wariendus sepe dicta castella et possessiones^{a)} cum omni iure et proprietate Aquilegensi ecclesie nomine et iure proprietario perpetuo habenda et possidenda dare debet, id est sicut in vulgari dicitur sellen, quod quidem se facturum dominus Wariendus

fide data promisit. Propterea quia pro quarta parte illarum possessionum^{a)} inter ipsum ducem et sororem ipsius hereditaria est questio, si quid ipsa de iure evinceret prefatus dux cum iamdictis filiis suis fide data promisit, quod tantumdem apud Graz domino patriarche et Aquilegensi ecclesie dabit in reconpensationem, item dederunt fidem pater et filii, quod si pignus memoratum secundum quod dictum est devenerit ad Aquilegensem ecclesiam, quod nunquam de eodem pignore aliquod ecclesie prestabunt impedimentum et ministeriales suos in partibus illis iurare facient, quod et ipsi Aquilegensi ecclesie non prestabunt super eodem pignore impedimentum. Dominus Gerlochus purgravius de Staine etiam de mandato ducis et filiorum iuravit castrum id dare patriarche et ecclesie Aquilegensi si tunc erit purgravius, si vero mutatus fuerit, substitutus id iuramentum prestare debebit. Dux quoque fide prestita promisit quod filios qui absentes erant faceret sub eadem caucione, quam ipse et presentes fecerant, hec omnia firma tenere. Ad hec ipse dux et eius filii Oto et Henricus per manum et fidem promiserunt in manu domini patriarche quod ipsi semper bona fide sine fraude et malo ingenio adiuvaunt eum contra Taruisinos, dum ipse patriarcha vixerit, et si ipse aliqua de causa a circumstantibus partibus se absentaverit sui qui in eis degunt, eum sicut ipse dux bona fide adiuvaere debent. Actum apud Vtinum in caminata domini patriarche feliciter.

Anno domini millesimo CC II, sexto die intrante febr., indictione V, in presencia istorum rogatorum testium scilicet domini Dietrici de Bono Fonte, Deringonis de Mellis, Henrici de Glemona, Herbordi de Pertenstaine et filiorum eius Marquardi et Herbordi, Warneri de Cucagna, Ottonis Pergogne, Ofonis de Gurinz, Henrici de Aiginow, Wodolrici de Staine et aliorum. Prefatus dominus patriarcha nec non et iam dictus dux et duo filii eius Oto et Henricus hanc cartam et aliam similem scribere rogaverunt, quarum unam debet habere dominus patriarcha impresione^{a)} sigilli^{c)} ducis corroboratam, aliam debet habere dominus dux impresione^{a)} sigilli domini patriarche corroboratam.

Ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc et aliam similem cartam de mandato et voluntate prefati domini patriarche et iam dicti domini ducis et eius filiorum Otonis et Henrici rogatus scripsi et dedi. (SN.)

^{a)} A. – ^{b)} alinenaverat, *erstes n durch daruntergesetzten Punkt getilgt* A. – ^{c)} A; hierbei g aus l verbessert.

ITAL 3 (P 30)

1212 Juli 1, Avosacco

Die beiderseits gewählten Schiedsrichter Propst Heinrich von Maria Saal, Konrad von Disentis, Archidiakon von Völkermarkt, Co[n]radus Marcelinus, Sohn des Heinrich von Gemon, Archidiakon Wernhard von Villach, Heinrich von Gemon und Friedrich von Pettau entscheiden den Streit zwischen Patriarch Wolfger von Aquileia und Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg wegen Graslupp (bei Neumarkt), Rottenstein (nö. Greifenburg) und Schwabegg (nö. Bleiburg) samt Burgen, Ministerialen, Hörigen und allem Zugehör, die der Patriarch als Schenkung des Grafen Wolfrad [I. von Treffen], dessen Frau Gräfin Emma, dessen Sohns Patriarch Ulrich [II. von Aquileia] und dessen Tochter Gräfin Wilbirg an das Patriarchat beanspruchte, und ferner wegen der Burgen Lengberg (sö. Lienz) und Windischmatrei (nw. Lienz), die ebenfalls Wilbirg, Frau des Grafen Heinrich von

Lechsgemünd, für ihr Seelenheil in Gegenwart ihres Mannes letztwillig an Aquileia geschenkt haben soll. Patriarch Wolfger verzichtet unbeschadet der Lehnsrechte der beiderseitigen Ministerialen auf seine Ansprüche und besonders auf das Patronatsrecht der Kirche Molzbichl (ö. Spital). Erzbischof Eberhard [II.] entsagt allen seinen Besitzungen in Adegliacco (n. Udine) und in Friaul überhaupt.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 411 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1212_VII_01/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: (Hormayr), Urkunden Babenberger (AfGStLK 19, 1828), S. 743–744 (aus A). — Muffat, Grafen von Treffen (1855), S. 599–600 (aus A). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 57–59 Nr. 1672 (aus A), mit Jaksch, MDC I (1896), S. 337 Nr. 439. — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 157–159 Nr. 653 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 19, 1858), S. 198 Nr. 708. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 202–203 Nr. 141, mit S. 520–522 Anm. 56. — Kos, Gradivo V (1928), S. 103–104 Nr. 196. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 24–25 Nr. 30.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 328. — Redlich, Siegelurkunde (Car I 103, 1913), S. 25. — Paschini, Patriarchi sec. XII (MSF 10, 1914), S. 411–412. — Klebel, Pfarren und Kirchen Kärntens A (Car I 115, 1925), S. 26. — Pirchegger, Das Gut Zest (ZHVSt 32, 1938), S. 130. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 10. — Wonisch, Graslupptal (1956), S. 6, 44–47. — Obersteiner, Bischöfe von Gurk (1969), S. 76. — Stöllinger, Eberhard II. (1972), S. 30. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 335. — Hausmann, Carinziani (1984), S. 585, zu 1213. — Murauer, Streitbeilegung (MIÖG Erg. 42, 2002), S. 62. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 82, 93–94. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 136, 347–348. — Murauer, Schiedsverfahren (BDLG 155, 2019), S. 269.

Sogenanntes italienisches Pergament, besiegeltes Notariatsinstrument. Siehe hierzu auch Redlich, Siegelurkunde (Car I 103), S. 25; Härtel, Notariat und Romanisierung (1989), S. 890–897.

Pirchegger in StUB Erg., S. 24–25, erläutert, dass Zahn die Urkunde nicht aufgenommen hat, weil er Graslupp, Rottenstein und Schwabegg „im Krainer Bezirke Rudolfswert beieinander befunden hatte“.

Jaksch, MDC IV/1, S. 58, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 158, beziehen die Angabe Co[n]radus Marcellinus auf zwei verschiedene Personen und halten letztere für den Sohn des Heinrich von Gemon. Das Fehlen jedweder näheren Bestimmungen zu Co[n]radus für einen Schiedsmann zwischen so hochgestellten Persönlichkeiten erscheint jedoch auffällig. Paschini, Patriarchi sec. XII (MSF 10), S. 411, dachte zwar ebenfalls an zwei verschiedene Personen, hielt jedoch alle beide für Söhne Heinrichs von Gemon. Gegen diese Deutung spricht allerdings die nachfolgende Einzahl filius. Daher erscheint die Deutung des Marcellinus als Beiname als die wahrscheinlichste Lösung.

Gegen den Handlungsort Avasinis im Friaul (so Jaksch, MDC I, S. 337; Jaksch, MDC IV/1, S. 57; Hauthaler/Martin, SUB III, S. 157; Kos, Gradivo V, S. 103; Pirchegger in

StUB Erg., S. 24) führt bereits Paschini, Patriarchi sec. XII (MSF 10), S. 411, an, dass dieses zu weit abseits liegt. Die Angabe in Carnia passt weit besser zu Avosacco, außerdem liegt Avosacco unmittelbar an der Friaul und Kärnten verbindenden Plöckenpass-Straße.

Zur im vorliegenden Stück zu findenden Vermischung „alle[r] Formen der gütlichen Streitbeilegung“ siehe Murauer, Streitbeilegung (MIÖG Erg. 42), S. 62; Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit, S. 93–94.

1. Beschädigtes Hängesiegel des Kapitels von Aquileia an, laut Jaksch, MDC IV/1, S. 59, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 159, rot-gelben Seidenfäden. 2. Schlecht erhaltenes Hängesiegel des Patriarchen an, laut Jaksch und Hauthaler/Martin, gelben Seidenfäden. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

(SN.) In nomine domini nostri Iesu Christi, amen. Anno domini M CC XII, indictione XV, die primo intrante iulio, in presentia Gebuwardi episcopi Tergestini, Walteri Gurcensis episcopi, Ottonis prepositi Gurcensis, Henrici archidiaconi, Stephani decani Aquilegensis, Epponis prepositi sancti Petri in Carnia, Walteri, Bernardi plebani Villacensis, Bertoldi plebani de Riez, Odolrici plebani de sancto Roberto, Conradi, Dietalmi, Woluini, Hermanni capellanorum domini patriarche, Colonis, Friderici capellanorum Gurcensis episcopi, Dietrici de Trichano, Henrici de Wizenstein, Leonardi de Trichano, Werner et Henrici fratrum de Sudrio, Amelrici de Osopo, Iohannis de Zucc(u)la, Ottaci de Pertenstein, Iohannis de Vrsara, Pabonis de Hohenbure, Pabonis filii eiusdem, Offonis de Gurniz, istorum et aliorum multorum rogatorum testium de lite, que vertebatur inter dominum Wolfkerum patriarcham Aquilegensis et dominum Eberhardum Salzburgensem archiepiscopum, in qua dominus patriarcha petebat Grazlup, Ratenstein, Swabec cum castris, ministerialibus, famulis et omnibus pertinenciis suis, que omnia comes Woluradus unacum uxore sua comitissa Emma et filio suo patriarcha Wolrico ac filia sua comitissa Wilibirgi Aquilegensi ecclesie donaverat proprietario iure, prout patriarcha firmiter asserebat, insuper castrum Legnenberc et castrum Materei cum omnibus suis pertinenciis, que prefata comitissa Wilibirgis uxor comitis Henrici de Liskemud in extremis suis similiter Aquilegensi ecclesie presente marito pro anima sua contulerat, ut patriarcha dicebat. Super his inquam omnibus nos Henricus prepositus de Solio, Conradus de Tisentin archipresbiter de Wolkenmarket, Coradus Marcelinus filius domini Henrici de Glemona, Wernardus Villacensis archidiaconus, Henricus de Glemona, Fridericus de Pettouia arbitri constituti de voluntate parcium talem inter eos compositionem sive transactionem fecimus. Precepimus siquidem ipsi patriarche sub debito iuramenti quo nobis erat astrictus, quod omni liti, iuri et actioni, quam in predictis possessionibus habebat vel videbatur habere, insuper iuri patronatus in ecclesia de Mulzpuhul cederet et finem faceret pro se et ecclesia sua dicto archiepiscopo et ecclesie sue, salvo iure feudi ministerialium ecclesie utriusque ita, quod tam Aquilegensis quam Salzburgensis ecclesie ministeriales in predictis possessionibus feudum suum sequantur. Quo facto et completo precepimus predicto archiepiscopo sub debito iuramenti quo nobis erat astrictus, quod Edelacum et alias villas omnesque possessiones tam cultas quam incultas, tam dominicalia quam infeudata, et omnes possessiones, quas in Foro Iulii habebat vel videbatur habere, cum famulis, colonis, habitatoribus, ministerialibus quoque, si qui reperirentur, et omnibus pertinenciis suis ipsi

patriarche et ecclesie sue perpetuo habenda et possidenda pro se et ecclesia sua conferret et quiete dimitteret nec deinceps Aquilegensis ecclesiam super his per se vel per alios molestaret. Que omnia idem dominus archiepiscopus de consensu clericorum et ministerialium suorum fecit et plenarie complevit et nuncium dedit atque constituit patriarche scilicet dominum Gebuwardum Tergestinum episcopum, qui eum in tenutam et possessionem omnium predictorum vice sua posuit. Et ut ista omnia inviolata et inconvulsa perpetuo maneant, ea per manum publicam^{a)} scribi et sigillis eorum et capitulorum suorum muniri fecimus. Acta sunt hec in Carnia in villa que dicitur Auasaz, ante capellam, de voluntate parcium et precepto arbitrorum^{b)}.

Ego Laurencius invictissimi Rom(anorum) imperatoris Ottonis notarius interfui, vidi, audivi et rogatus scripsi^{b)}.

^{a)} A. – ^{b)} Folgt Zeilenfüller A.

ITAL 4

1217 Juli (7/9 ?), Gemona
Patriarch Wolfger von Aquileia und Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier
schließen einen Vergleich über den Tausch von Kindern des Ministerialen des Patriarchen
Siuridus von Ragogna und des herzoglichen Ministerialen Alram von Weißenstein.

Hss.: Zwei notarielle Abschriften von 1293 Mai 30 in Cividale, Museo Archeologico Nazionale, Archivio ex capitolare, Pergamene vol. III, S. 36 Nr. 38 (B1) und Nr. 39 (B2).

Edd.: De Rubeis, MEA (1748), Sp. 675–676 (aus B). — Kandler, CDI II (1986), S. 405 Nr. 223 (aus „Archivio domestico de’ Conti Portis“ = heute Otium Foroiuliense in Cividale, Museo Archeologico Nazionale), zu 1217 Juli 7. — Buttazzoni, Volchero (1871), S. 69–70 (aus B), zu 1217 Juli 9. — Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 86–87 Nr. 1037 (aus B1 B2), zu 1217 Juli 9.

Reg.: Meiller, Reg. Leopold (NBI ÖGL 1, 1843), o. S. Nr. 100. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 122–123 Nr. 152, mit S. 257 Anm. 383, 384, 385, zu 1217 Juli 9?. — Bianchi, Documenta (AKÖGQ 21, 1859), S. 187 Nr. 47, zu 1217 Juli 9. — Röhricht, Studien (1891), S. 58 Nr. 5, zu 1217 Juli 9 (?). — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,4 (1894), S. 1606 Nr. 10811, zu 1217 Juli 9. — Kos, Gradivo V (1928), S. 147 Nr. 272, zu 1217 Juli 9. — Puschnig, Urkundenwesen (1933), S. 15 Nr. 91, zu 1217 Juli 9. — Wiesflecker, Reg. Görz I (1949), S. 103 Nr. 380, zu 1217 Juli 9.

Lit.: Tangl, Itinerar Leopolds VI. (BIVLkNÖ NF 32, 1898), S. 87–97, zu 1217 Juli 9. — Loserth, Geschichte Stubenberg (1911), S. 18, zu 1217 Juli 9. — Paschini, Wolfger (MSF 11, 1915), S. 30–31. — Schmidinger, Patriarch (1954), S. 112. — Hausmann, Otakare (1980), S. 245, 256, zu 1217 Juli 7. — Hausmann, Carinziani (1984), S. 593, zu 1217 Juli 9. — Šumrada, Kandlerjev „Codice“ (ZČ 46/2, 1992), S. 252 Anm. 24.

Die vorliegende Nummer wurde aufgrund der offensichtlichen Rechtsnachfolge Herzog Leopolds nach den steirischen Otakaren aufgenommen, vgl. Hausmann, Carinziani, S. 592–593. (Siehe auch die Urkunden Nr. ITAL 5 und ITAL 9.) Meiller, Reg. Babenberger,

S. 257 Anm. 383, vermutete Weißenstein noch in Krain, bei Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2, Register S. 414, im „GB Villach, Kärnten“ lokalisiert. Vgl. die dazu passenden Belege für Alram von Weißenstein bei Jaksch, MDC IV/2 (1906), Register S. 735. Zur Zugehörigkeit der Weißensteiner zur steirischen Ministerialität siehe auch Hausmann, Otakare, S. 245.

Wie bereits bei Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2, S. 87, ausgeführt, ist „die Tagesdatierung [...] unsicher“. In B2 heißt es eindeutig nono iulii, während B1 „non. iulii mit Kürzungszeichen [hat], was die Lesart nonis“ und somit die „Datierung auf den 7. Juli zuließe“. Meiller, Reg. Babenberger, S. 257 Anm. 385, vermutet einen grundsätzlichen Fehler in der Datierung, da auch vom 9. Juli ausgehend der Weg „von Wien (oder Lilienfeld) [...] nach Glemona in neun bis zehn Tagen“ kaum zurückzulegen gewesen wäre, wogegen Tangl, Itinerar Leopolds VI. (BIVLkNÖ NF 32), S. 96–102, argumentiert, dass die Strecke innerhalb von rund neun Tagen durchaus vorstellbar wäre, wobei er der Lesung nono den Vorzug gibt und zwar „nicht nur wegen der sonst allzuknappen Zeit, sondern auch, weil im Patriarchat von Aquileja zu jener Zeit die Tageszählung nach Consuetudo Bononiensis, die sich für die erste Monatshälfte mit der in Oberitalien [...] ebenfalls gekannten und geübten fortlaufenden deckt, weitaus überwog“. Ein zu dieser Zeit im Friaul tätiger Notar namens Leonhard findet sich auch in folgenden Urkunden: 1211 Dezember 15, Rosazzo (Edd. in Härtel, Rosazzo [2018], S. 157 Nr. 72), 1215 März 13, Cividale (ebd., S. 161 Nr. 74), und 1224 Mai 21, Cividale (Edd. in Härtel, S. Maria [2005], S. 159 Nr. 66). Die weitgehend übereinstimmenden Authentifikationsformeln in diesen und in der vorliegenden Urkunde legen nahe, dass für mindestens zwei dieser Urkunden derselbe Leonhard verantwortlich war wie für das vorliegende Stück. Da in allen drei angeführten Urkunden die römische Datierung Anwendung findet, scheint es naheliegend, auch im vorliegenden Fall der Lesung non. iulii den Vorzug zu geben. (Denkbar ist durchaus, dass ein Kopist non. nach Gutdünken zu nono ergänzt hat.) Da aber bereits Tangl in diesem Fall die zur Verfügung stehende Reisezeit als „allzuknapp“ eingestuft hat, ist ein – bereits von Meiller vermuteter – „grundsätzliche[r] Fehler in der Datierung“ durchaus nicht auszuschließen.

Ediert nach B1 und B2.

In nomine domini, amen. Anno domini millesimo CC^{oa)} XVII^o, non.^{b)} iulii, indictione quinta. Dominus Wolfkerus dei gracia sancte Aquilegensis sedis patriarcha et dominus Lupoldus dux Austrie atque Stirie taliter convenerunt et inter se pactum voluntarie firmaverunt, videlicet quod, cum dominus Siuridus de Ragonia et eius heredes essent ministeriales Aquilegensis ecclesie et proles domini Alrammi de Wisenstayne esset supradicti domini ducis, idem dominus W(olfkerus) patriarcha iure permutacionis et congambii ad petitionem nominati domini Siuridi dedit et perpetuo tradidit memorato domino duci Austrie duos filios eiusdem domini Siuridi, Rodulfum et Warnerum et unam filiam ipsius nomine Bertam, quod quicquid possidebat dominus Siuridus in Ragonia ad iustum feudum, debet habere, ita videlicet, quod tam ipsi Rodulfus et Warnerus ac Berta, quam alia proles ipsius domini Siuridi universa debent hereditare perpetuo totum feudum et allodium, quod tunc habebat dominus Siuridus in sua tenuta tam in Ragonia quam alibi, ubicumque habebat vel tunc habere videbatur et possidere tam a supradicto domino duce quam ab ecclesia Aquilegensi indifferenter^{c)}, et quod

predicti heredes domini Siuridi possint emere in castro Ragonie in posterum tam domos quam sedimina a quocumque habitatore castri eiusdem cum eo iure, quo habent vel visi sunt habere vel fuerint ipsi vendentes sine requisicione et licencia predicti dominis ducis, heredum et successorum ipsius. Et pro hiis prefatus dominus dux ibidem incontinenti dedit et tradidit in perpetuum ipsi domino patriarche et ecclesie Aquilegensi medietatem totius prolis supradicti domini Alrammi, quam tunc habebat vel habiturus erat, et filium domini Enrici de Colis nomine Pelegrinum tali tamen tenore, quod tota proles memorati domini Alrammi debet hereditare perpetuo tam feudum quam allodium a supradicto domino duce et ecclesia Aquilegensi indifferenter. Actum apud Glemonam in ecclesia maiori, in presencia domini archiepiscopi Colocensis, C(onradi) Tergestini electi, A(merici) Concordiensis electi, domini Meynardi et Engelperti^{d)} comitum de Gorze, domini Artuici de Varmo, domini L. de Tarcento, domini Enrici quondam marchionis de Andest, domini Amelrici de Osop, Coconis filii ipsius, Siuridi de Peuma^{e)}, domini Conradi de Dorenberch et aliorum. Ego Leonardus imperialis notarius interfui et rogatus ab utraque supradictarum parcium hanc cartam scripsi et autenticavi.

^{a)} B2; ducent. CC^o B1. – ^{b)} non mit Kürzungsstrich B1; nono B2. – ^{c)} B1; indifferenter B2. – ^{d)} B1 B2. – ^{e)} B2; Pieuma B1.

ITAL 5

1219 November 10, San Quirino

Adelard von Cordenons stellt im Namen Herzog Leopolds [VI.] von Österreich und Steier und dessen Gastalden Offred von Ragogna mittels Zeugenbefragung die Grenzen der durch Herzog Otakar [IV.] von Steier einst für sein Seelenheil an den Templerorden geschenkten villa San Quirino (n. Pordenone) fest.

Hss.: Notarielle Abschrift, einst in Pordenone, Archiv der Grafen Montereale (B), verschollen.

Edd.: Valentinelli, CD Portusnaonensis (FRA 2/24, 1865), S. 4–6 Nr. 4 (aus B). — Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 102–103 Nr. 1055 (nach Valentinelli, Auszug).

Lit.: Hausmann, Otakare (1980), S. 255, 256. — Hausmann, Carinziani (1984), S. 592–593.

Die Urkunde wurde aufgenommen, da eine Handlung Herzog Otakars (im Nachhinein) bezeugt und dieses Zeugnis beurkundet wird. (Zur offensichtlichen Rechtsnachfolge Herzog Leopolds nach den steirischen Otakaren siehe auch die Anmerkungen zu Urkunde Nr. ITAL 4.) Eine direkte Beurkundung war bislang nicht aufzufinden, siehe auch Hausmann, Otakare, S. 255.

Die römische Indiktionsberechnung vorausgesetzt, stimmt die Indiktion VII zum Jahr 1219.

Roveredum ist bei Valentinelli als Eigenname aufgefasst. Das unmittelbar folgende illo rovereto scheint aber dafür zu sprechen, dass schlicht ein Eichenbestand gemeint ist.

Die von Valentinelli 1865 noch im Archiv der Grafen Montereale genutzte notarielle Abschrift konnte bereits von Mitis/Dienst/Lackner nicht mehr ausfindig gemacht werden. Ein guter Teil der Bestände dieses heute nicht mehr existierenden Archivs ging in den beiden Weltkriegen verloren, siehe Pampero/Zorattini/De Biasio, Guida (1982), o. S. Nr. 68.

Ediert nach B (vertreten durch Valentinelli).

In nomine domini Iesu Christi. Anno ab nativitate eiusdem millesimo CCXVIII, tempore domini Honorii pape et Federici regis, die decimo intrante mense novembris, indictione VII, in Foroiulio in pertinentiis ville sancti Quirini. Astantes Bonossus, Torba, Carolus de Naono et Ioannes piliparius iurati et coacti sacramento a domino Adlardo de Naono, nunc gerente vicem domini Offreddi de Ragogna gastaldionis domini Liepoliti ducis Austrie et Styrie, suo nomine et nomine ducis L(iepoliti)^{a)} precepit idem dominus Offreddus gastaldio dicto Adlardo, ut cum eisdem iuratis iret ad sanctum Quirinum et eius pertinentias et eosdem iuratos compelleret gratia suprascripti domini ducis et sacramento quod iuraverunt et tenuerunt veritatis testimonium perhibendo. Et quia tenentur domino duci, ut donum, quod dominus Otkarus quondam dux Styrie fecerat et dederat deo et mansioni templi et sancte terre ultra mare pro remedio anime sue de villa sancti Quirini et eius pertinentiis. Qui dominus Adlardus, cum essemus omnes inferius declaraturi cum eis in capite sulci prius facti inter Naonem et ipsam villam sancti Quirini versus partem orientis et meridiei, tunc precepit dictis iuratis et eos constrinxit ex gratia domini ducis, ex sacramento quod fecerunt et tenuerunt duci et suis nuntiis, ut designarent et dividerent villam sancti Quirini et eius pertinentias a pertinentiis Naonis et aliarum villarum et terrarum, sicut data fuit a Otkaro duce Styrie deo et mansioni militie templi, qui semper parati ante nos perscripturos et villam prenominatam et suas pertinentias ab aliis designarunt et diviserunt id quod sciebant datum sic, videlicet in hunc modum: a trunco roboris prope sulcinum, quod venit a glara collis a parte orientis usque infra villam Villote, hinc ad viam que currit per Villotam. Item tria masia et medium cum tribus hominibus habitantibus in illis pertinentiis sancti Quirini comprehenduntur versus sanctum Quirinum, et sicut trait alia via Villote usque ad culisellos Villote usque ad collem Zundi, et h. et plus non invenerunt tunc, sed ita concorditer fuerunt protestati, quia a colle Zundi, sicut trahebat masarie lapidum per agros posite usque ad roveredum^{b)} sancti Advocati, et ab illo roveredo sicut trahebat vivaria via usque glaram Ciline versus sanctum Quirinum, prefatus dominus Otkarus dux dederat deo et templo et eis eas designaverat, et infra illos confines nullus homo habere debet nisi haberet a mansione, immo totum dedit in proprium deo et templo pro remedio anime sue cum villa, hominibus, servitiis et actionibus, redditibus seu vitiis, que et quas ipse dominus Otkarus dux in sua villa et suis pertinentiis habebat et habere debebat^{c)} aut sibi pertinere debebat, culturis, viariis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, buschis, aquis, agminibus et piscariis et omnibus eiusdem ville pertinentiis. Quibus omnibus faciendis, audiendis et intelligendis et divendis interfuerunt testes dominus Vilipretus presbiter de Naono et capellanus sancti Quirini de templo et prescriptus dominus Adlardus de Naono, Martinus scholaris de Sediano, dominus Franciscus de Regio et fratres Mulavaria Mainardus de Naono et Gariatius de Naono, Consoldus de villa sancti Quirini et Vitalis de illa villa, Pasqualis et Morossius de sancto Quirino et aliorum plurium^{d)}.

Ego Bitulfus Melula imperiali auctoritate notarius presens ad hec omnia suprascripta et pacta et confecta interfui et equitavi cum eis; preterea in presentia mei notarii dominus Offaldus de Ragogna preceperat domino Adlardo et iuratoribus, ut suo nomine irent cum illis et predicta facere confici et adimpleri et designari in gratia domini Liopoldi ducis Austrie et Styrie, quod et factum est. Et hec omnia suprascripta^{e)}, prout ab eisdem iuratis audiui et intellexi et designare eis vidi, et ita causa memorie in publicam formam reduxi et scripsi, et has duas particulas superius interlineatas meis propriis manibus interlineavi, scilicet eis et notario quorum designaturum unus. Item Ioannes piliparius iuraverat coram me notario ad sancta dei evangelia testimonium perhibere veritati super dono, quod dominus Otkarus dux Styrie fecerat deo et templo pro remedio anime sue de iam dicta villa et suis pertinentiis omnibus. Et alii duo asserebant, scilicet dominus Adlardus et dominus Iacobus de Regio frater templi, et ipsi iuratores fere omnes alii ibi adstantes iuraverunt testimonium perhibere veritati super illo dono coram domino Offredo de Ragogna gastaldione ducis.

^{a)} F. Valentinelli. – ^{b)} Von Valentinelli als Eigennamen aufgefasst. – ^{c)} debet Valentinelli. – ^{d)} Valentinelli mit (sic). – ^{e)} suprascripsi Valentinelli.

ITAL 6

1228 Juni 9, Cividale

Patriarch Berthold von Aquileia anerkennt seine Geldschuld gegenüber Andreas von Vitaliano, in venezianischer Währung, zwecks Auslösung seiner an Reinbert von Mureck verpfändeten Güter.

Hss.: Original in Cividale, Museo Archeologico Nazionale, Archivio ex capitolare, Pergamene vol. III, S. 64 Nr. 75 (A). — Abschrift 18. Jh. in Cividale, Museo Archeologico Nazionale, Otium Foroiuliense 9, S. 228–229 Nr. [67] (B). — Abschrift 18. Jh. in Cividale, Museo Archeologico Nazionale, Otium Foroiuliense 9, S. 271–273 Nr. [86] (C).

Edd.: Kein Druck feststellbar.

Reg.: Bianchi, Documenta (AKÖGQ 21, 1859), S. 203 Nr. 94. — Bianchi, Indice (1877), S. 8 Nr. 93. — Kos, Gradivo V (1928), S. 238 Nr. 476. — Wiesflecker, Reg. Görz I (1949), S. 115 Nr. 427. — Pillon, Schede (2001), S. 102 Nr. 98.

Lit.: Paschini, Bertoldo (MSF 15, 1919), S. 47–48.

